



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 13. Navarræ Rex ad ejurandam Sectam a Regis emissariis sollicitatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

„tia hoc possim, & debeam, nulla mihi Sæcul XVI.  
„Religio est; cum enim sacro ordine A.C.1585.  
„præcipue impulsore hoc sanctum bel-  
„lum suscepsum sit, hinc, ut sacri belli  
„sumptus facer ordo luat, necesse est,  
„volo itaque, ut cuncti suas opes ad hoc  
„bellum conferant, quia Nobilitas meum-  
„que ærarium nimis exhausta sunt. „

His dictis, cum Præses primum, &  
dein Mercatorum Præfectus, postremo  
& Cardinalis Guilius suppliciter inter-  
cedere vellent, Rex illos interpellans  
non jam verbis, sed factis opus esse  
ajebat, & imposito silentio hæc ira  
commotus subjunxit: „satis igitur fuif-  
„set, meis parere consiliis, ac pacis  
„commodo frui, nunc enim video, quod  
„sæpius monui, sedentibus, & otiosis  
„procul a periculo quam facilius sit  
„bellum decernere, quam gerere, at-  
„que adeo vereor, ne dum novæ sectæ  
„concionatoribus bellum indicitur, an-  
„tiquæ Religioni periculum creetur: „  
cum autem rursus illi replicare vellent,  
Rex secessit, illosque valere jussit.

### §. XIII.

*Navarræ Rex ad ejurandam Sedam  
a Regis emissariis sollicitatus.*

*Thuan.* *Es*

*Davil. I. c.*

*Insuperhabita hac verborum asperitate*

*Journal de*

*Rex magis prudentiæ legibus con-*

*Henri II.*

*gruum fore credebat, si temporum ini-*

*tom. I. p. 7.*

*Hist. Eccles. Tom. L.*

*S quitati Mem. p. 339.*

**Sæcul. XVI.** quitati cederet, ac priusquam suas co-  
**A.C. 1585** pias in aciem educeret, Navarræ Re-  
 gem placare satageret, eumque ejura-  
 tis Calvini erroribus ad sua studia per-  
 trahere niteretur, eapropter Philippum  
 Lenoncurtum Rabesinum Abbatem, &  
 Ordinis sancti Spiritus Equitem una-  
 cum Brularto Præside, & Poinio ad  
 Navarrum ablegabat: cum ergo hi De-  
 putati die vigesima quinta Augusti Ne-  
 racum, ubi Navarræ Rex agebat, ve-  
 nissent, ad alloquium admissi juxta  
 mandata sibi data validissimas quasque  
 rationes adhibebant, ut nuperi edicti  
 revocationem excusarent, Regemque  
 Navarrum toto studio hortarentur, qua-  
 tenus ad Ecclesiæ Catholicæ finum re-  
 verteretur, Regique Urbes hucusque  
 usurpatas redderet, & sepolita indigna-  
 tione aliquamdiu cederet, donec natu-  
 ræ temporis opportunitate utriusque parti  
 satisficeri posset: præterea Lenoncius  
 de Synodo proxime celebranda spem  
 eidem Regi facere, eique exponere ju-  
 bebatur, quod Franciæ Rex, si sine ma-  
 scula prole decederet, abs dubio æger-  
 rime latus esset, si ipse a Regni suc-  
 cessione ob Religionis diversitatem ex-  
 cluderetur.

§. XIV.